SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

immunia esse decernendi, et quod illorum ualeat domini eorum pro heredes et
successores, ac ab eis causam habentes et [illegible] et illorum ministri ac alias
incapaces illa vi perpetuo uti ueri ac directi et utiles domini ac
iure pleni dominij, nec non tamquam more laicalia et prophana
ac non aliter quam reliqua eorum bona propria paterna et auita ha
bere tenere ac possidere donare transferre uendere et alienare
libere et licite ualeant perpetuo concedendi; quodque illa decetero
ob quoduis delictum aut crimen etiam Rebellionis aut lese
Maiestatis confiscari non possint statuendi, et ordinandi praesentes et nos
ex nunc prout ex tunc in euentum liberationis et affran
cationis predictarum et e converso, per praesentes eximimus et libe
ramus, ac exempta libera et immunia esse decernimus.
Et quod illa ut prefertur haberi, teneri, possideri, donari,
transferri, uendi, et alienari possint, nec aliter quam ut
premittitur confiscari possint concedimus statuimus et or,
dinamus; Nec non quoscumque idoneas personas per Prouincias
Ciuitates, Terras, et loca dominij huiusmodi consimili aut
limitata potestate et facultate subdelegandi, easque quando uobis
uidebitur reuocandi et alios iterum substituendi ac omnia in
eisdem litteris contenta ceteraque in premissis et circa ea necessaria
seu quolibet opportuna faciendi et exequendi plenam et liberam
auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus facultatem. Decerni,
tes per uiam generalis legis et statuti perpetui liberationes affranca
tiones cassationes abolitiones exemptiones decreta con,
cessiones statuta et ordinationes ceteraque omnia et singula per nos

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 38, c. 92 r.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR